Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



84

Incipit sermo admonachos

Instruit nos atque hortatur sermo diuinus quantum nos accingere debeamus adinquirenda promissa sua, et obtinenda illa bona, que nec uisu capi, nec auditu percipi, nec cogitatu comprehendi possunt. Petite inquit et accipietis, querite et inuenietis, idem ut petamus orando, queramus laborando, pulsemus desiderando, pulsemus proficiendo, pulsemus perseuerando. Et in spem celestium premiorum tanto incitemur studio tantoque mardescamus affectu, ut cum premiorum dignitate desideriorum magnitudo concordet. Non uult dominus nostrum bona sua [illegible] nimia inueniendi facilitate uilescere, preciosa et concupiscibilis merces cupiditum amatorem et auiditum negociatorem requirit. Ergo ille tantorum munerum repmissorum non uult in opere suo tepidum despicit fastidiosum, recusat coactum respuit in deuotum. Lentum eternum et parum gratum querere gratiam diuini muneris, maxima est iniuria remuneratoris. Ergo totis licet et animi et corporis laboribus defudemus, totis licet obedientiis uiribus exerceamus, nichil tam condigno merito pcelestibus bonis compensare et offerre ualebimus. Non ualent uite presentis obsequia, eterne uite gaudia. Et cessant licet membra uigiliis, pallescant licet ora ieiuniis. Non erunt tam condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Pulsemus et quantum possimus, quia non possumus quantum debemus. Futura beatitudo adquiri potest, estimari non potest. Si enim cum auditate, non cum bona uoluntate et cum letitia domino opa egerimus, domino pure nouerimus. Putamus quomodo quere illa anima et ita pulset ut ei aperiatur, que ad Leue preceptum seniores respondere presumit et dicere numquid uiri seruiuimus? Ecce feci uice mea et ille facidat sua. Quomodo hoc dicere cum preceptum e